The Digital *Liber exceptionum* Project (https://exceptiones-project.wlu.ca)

Ieronymus super Ysaiam lib. 7 (fol.77rb)

1. Si queritis querite conuertimini et uenite. lxx. si queris quere et apud me habita. Si uere me queris opere ostende quod me queras. ne semel tibi quesisse sufficiat. sed quem inueneris semper inquire. et ut perfectus teneas obliuiscere populi tui et domus patris tui. et deserto errore gentilium apud me in ecclesia commorare.

   Si quaeritis, quaerite; conuertimini, et uenite. LXX: *Visio Idumaeae, ad me clamat de Seir: Custodite propugnacula, custodio mane et nocte; si quaeris, quaere; et apud me habita*…. Ad quam loquitur Deus: Si uere me quaeris, opere ostende quod me quaeras; nec semel tibi quaesisse sufficiat; sed quem inueneris, semper inquire; et ut perfectius teneas, obliuiscere populi tui et domus patris tui, et deserto errore gentilium, apud me in Ecclesia commorare.

   Hieronymus Stridonensis, *Commentariorum in Esaiam libri XVIII*., 7 (CCSL 73, M. Adriaen & G. Morin, eds., pp.294-5, ll.3-6, 25-30). cf. Is. 11:12